



*Mf. 20.*

9

DISSE<sup>T</sup>RAT<sup>O</sup> IN AVG<sup>V</sup>RALIS  
EXEG<sup>E</sup>TICA  
QVA  
**SENSVS**  
**VERBORVM IOBI**

CAP. XVIII A COMM. XXX. VSQ. AD FIN.

ERVITVR  
PRAE<sup>S</sup>IDE  
VIRO SVMME REVERENDO EXCELLENTISSIMO  
AMPLISSIMO

D<sup>r</sup> IOH<sup>n</sup> HENRICO MICHAELIS  
S<sup>t</sup> THEOL. ITEM GRAECAE ET OR<sup>r</sup> LL. P<sup>r</sup> P. O.  
ALVMNORVM REGIORVM EPHORO ET SE-  
MINARI<sup>i</sup> THEOLOGICI DIRECTORE

PRO GRAD<sup>V</sup> MAGISTRI  
RITE OBTINENDO

DIE XXVII AVGVSTI CIOCCXXXV

EAM DEFENDET  
AVCTOR

IOHANNES LUDOVICVS WILL  
CVSTRINO NEOMARCHICVS

---

HALAE MAGDEBURGICAE,  
TYPIS IOH<sup>n</sup> CHRISTIANI HENDELII, ACAD<sup>r</sup> TYPOGR.

DOMINI CONSTITUTIO INDIVIDUALIS  
CONSTITUTIO PUBLICA

SHINA  
MERITURVIMOPI

DOMINI CONSTITUTIO INDIVIDUALIS  
CONSTITUTIO PUBLICA

INDIVIDUALIS CONSTITUTIO DOMINI  
INDIVIDUALIS CONSTITUTIO PUBLICA

D. O. M.  
NOMINIBVS AMPLISSIMIS  
*VIRORVM SVMME REVERENDORVM*  
*DOCTISSIMORVMQVE*  
THEOLOGORVM INCOMPARABILIVM  
**IOHANNIS GVSTAVI**  
**REINBECCII**  
SVPREMI SENATVS SACRI QVI BEROLINI  
EST CONSILIARI REGII COLONIAE ET EO PERTI-  
NENTIVM ECCLESiarVM SVMMI ANTISTITIS  
LONGE MERENTISSIMI

E T  
**IOHANNIS VILHELMI**  
**DE NEVE**

S. THEOL. LICENTIATI SENATVS SACRI  
QVI CVSTRINI CELEBRATVR CONSILIARI REGII CV-  
STRINENSIS ET EO PERTINENTIVM ECCLESiarVM  
SVPERINTENDENTIS LONGE MERENTISSIMI

**PATRONORVM SVORVM**  
MAXIME VENERANDORVM

*S. V. D. Q. A.*



MO<sup>m</sup>  
NOMINIBAS AMPHIS  
MULIERUM SURNIS ALEXANDRIOS  
DECIMAS NOMEN DUC  
THEODORVM INCOLUMIA  
**IOHANNIS GASTAVI**  
REINHOLDI  
CAPITI SEPARATAS SACRAE ET LIBERTATI  
ET COMMUNIA REGI CONVENTU ET LIBERTATI  
NEMINAM DECERTRIVM SAMM VNTITUTIS  
TONGE MERITORIUM  
ET  
**IOHANNIS VILHELMI**  
DE HEVE  
A THEOL. LICENTIA ET ENSTATAS SACRA  
CIVICITATINI QUITERI ET COQUERI REGI CA  
STRINENS ET TO PER TERRITORIUM SIVE VILLE  
SACERDOTALIBUS TONGE MERITORIUM  
**PATRICKORVM SACRVM**  
MAXIME VENERABILORVM

202



§. I.



Vpponimus iure ex metaphysicis  
tria indubitata omniis ueritatis prin-  
cipia & fontes aequae primos, ad eo  
ut in singulis sit subsistendum si  
quidem exinde aliquid legitime de-  
riuaueris: rationis sufficientis pu-  
ta, principium; experientiae seu  
potius conscientiae; & contradictionis; nec non Scriptura-  
rum Sacrarum diuinam auctoritatem.

§. II.

Omnia ad uniuersum, in hoc mundo nexus quodam  
inter se continentur, etiam cogitationes nostrae (§. I. per  
rat. suff.). certe imaginationum, non interpellante noua qua-  
dam sensione, subsequens semper in antegressa ob rerum  
similitudinem aut confueram in mente combinationem, est  
fundata; quo facilior & quo manifestior ille nexus, quanto  
maior rerum similitudo: tanto prius eius mentem nostram  
subit repraesentatio (exp.)

§. III.

Quum igitur cognitionum signa sint uerba, fiunt e-  
nim certo sono oris articulato talia (exp. def.): uerborum  
etiam connexio quanto eruitur facilius, quo manifestior de-  
monstratur; hoc certius alterius cogitationes in nexus suo

A

per-

2 DISSERTATIO EXEGETICA

perspexisse nobis persuadere possumus (§. 2.) Idque cum maxime in scriptis interpretandis obtinet, his enim posteris & memoriae produntur cogitata, magis itaque de situ uerborum auctor erit sollicitus, (per rat suff) quum loquentis mentem saepe praecurrat lingua (exp.)

§. IIII.

Adeo obscura, quibus omnem operam *possibilem* incassum adiunxeris persequendis, non nisi imprudens *tibi* prolatus est uerba; forent enim incongruum fini ipsius remedium (§. 3, ex utriusq. def.) Sine summa igitur connexionis necessitate, aut alia omni ratione luculentissima, significatu sensuque uulgato, frequentissimo, quem proprium adpellant, alterius mentem percontanti non est rece-  
dendum.

§. V.

Nec temere, nisi euidenti suadente ratione, (§. 2.) contradicatio admittenda, aut mentis mutatio in auctore suspicanda; sed quocumque modo conciliatio possit institui, illa potius praferenda nam incagitantiam & incertitudinem cognitionis in auctore argueret, quod sibi ipse non constet; id quod nimium in ratione praedito foret peccatum summaeque obscuritatis causa, praesertim si id paulo-  
fiat interuallo (per def. & §. 4.)

§. VI.

Neque magis indeterminate dictum ad certam spe-  
ciem aut individuum restrinxeris; forsitan enim auctor ali-  
ter uoluisset id determinatum uel plane de toto genere aut  
specie intellectum (§. 1.) Tuitius itaque in omni per con-  
textum possibili intellectu uerba sunt adsumenda, & neutrō dinericulo oberrabis. Hactenus demonstrata praecipuo  
quodam iure de scriptione quavis diuina ualent (§. antec.)

§. VII.

## §. VII.

Regis longe clementissimi sapientissimae voluntati simul, uti par est, morem gerens isthanc instituendo exercitationem, pauca illa superiorius adlara applicarda mihi sumsi in exponendo tritissimo Jobi dicto, quod offenditur capite eius 19. ab inciso 25. usque ad finem capitinis; aucturus certe, quae centies repetita proderunt.

## §. VIII.

Ad connexa antecedentia & subsequentia cardo interpretationis est referendus (§. 2.) primum igitur in cohaerentia, qua hic sermo illis iungitur, ita investiganda, uertetur negotium, quam habeto. בְּנֵי נָן (infestatus) in terra Vz, inter Chaldaeos & Sabaeos direptores habitabat (c. 1); erat igitur natione Idumaeus, filia enim Edom seu Idumaei (coll. Zach. 9, 9.) incolebant Vz Thren. 4, 21. Gen. 36, 28, 21. Sed Esauus fuisse pater Idumaeorum commemoratur Gen. 36, 9, 19., ubi etiam v. 4. 15. in eius posteris cuiusdam Eliaphasi fit mentio, v. 11. 28. quo nomine unus amicorum Jobi insignitur c. J. 2, 11.; hinc Jobus Abrahae & Esau semine satus uidetur. Ceterum diues erat & superioris loci homo c. 29.

## §. VIII.

Spiritus S. Iobo testimonium perhibet, fuisse eum iustum & integrum, recedentem a malo (c. I.); vero igitur prosequebatur Deum cultu; more quidem patriarcharum ipse immolans sacrificia tamquam pater familias, adeoque eorum circiter tempore, ante institutum cultum Leuiticum, uiuens (§. 8.) c. I.: credebat etiam in aduenturum Messiam (Gen. 3.) Act. 15, 11.; eaque propter omni crimini reatu poenaque immunis erat Rom. 8, 1.; attamen Deus ipsi, lacescente diabolo c. I. (conf. Dan. 11, 1. Apoc. 12, 10. Judæ

A 2

v. 9.)

v. 9.) acerbissima immittebat mala praeter eius meritum ipso fatente Deo c. 2, 3.; quippe cogitabat aduersarius iste cum asseclis suis, Deo tantum bonorum temporalium gratia, quibus pios & Jobum redderet cumulatissimos, prae-stari seruitia, quibus ademtis, ipsi, quocumque id fiat modo, diceret Jobus uale c. I. 9. 10. quasi uero non propter maiora & aeterna amaretur a creaturis suis.

## §. X.

Proinde Deus, praesentiers Jobum constantem nihilominus fore, & huic oneri esse ferendo 1 Cor. 10, 13. Jes. 40, 29. 31. uti quidem in pietate etiam patientissimus haerebat c. I, 22. 2, 3. Ebr. 12., illustri hoc exemplo ex parte palmaria gloriam suam edere & demonstrare quaererebat, superesse, qui sine fuso ipsius colerent, si nulque gentes ad imitandum inuitare (Th. N.); ex parte quoque Jobum, agnita ipsius immensa, a qua adhuc laboraret miseria, de indefesso in pietate studio collocando magis uolebat confirmare Jac. I, 12. 13. Tandem uero, quum Deus, ipsam Jobi substantiam & cutem Satanae permitteret, pro qua aliam quamcumque cutem & quidquid habet, quisque promere mauult, ac quum extremis prorsus & exquisitissimis hic illum exercebat cruciatibus (c. 2.); ob enormem plane doloris sensum in duras contra Deum quidem erumpebat loquutiones (c. 3.), eo tamen omnia reducuntur, ut contendat, se non ob nefariam uitiae prauitatem a Deo puniri posse (id. Ps. 18, 26.); tum ut dolorem intensissimum exprimat (c. 3.); dein uero ut ad desistendum perduceret Deum mortem ipsi quantocius accelerando, quia diutius uiuendi spe prorsus exciderat c. 6, 11. 12. 7, 15. 19. c. 14. c. 17, 13. 14. 15.

## §. IX.

## §. XI.

Amici Jobi prope modum sinceri, tamen non ad eo in uis Dei uersati, non poterant comprehendere, qui Deus usque eo pios adfligeret; hinc uxor etiam c. 2, 9. maritum quasi ridebat, quod pietati suae ita mordicus inhaereret, (se piu[m] crederet) nec potius hac afflictione ad conuertendum moueretur: amici item instabant, ut ad meliorem frugem rediret, simulationem fraudemque suam serio cognosceret, superbiam & uerba eius seuere taxantes c. 4, 5, 15,. At Jobus sigillum filialis adoptionis in animo gerens Rom. 8, 6. se tantum in statu tentationis uerari diuinae, persuasissimus erat, certissimamque de iustitia sua in Messia, habens conuictionem cap. 10, 7. 14. 15. c. 27, 6. negat & pernegat se improbum, quin, etiamli uel maxime cito & crudelissimo mortis genere sit periturus, spe tamen uitiae aeternae se lactari firmissima c. 6, 10.; Contra amicos admonebat, ne ipsum ad eo usque exagitarent nec captatores essent uerborum, sed mentem ipsius respicerent c. 6, 26.; se nosse, inquit, probe extra Messiam Deo ad millia ne unum se posse referre, si quando cum ipso contendere animum induceret c. 9, 3., nec se ignorare, minus considerata se imprudenter multa esse proloquutum; in quibus tamen humaniter se corripi expetit c. 6, 13. 24., longe enim misorem suum esse dolorem, quam effudisset c. 6, 2. Optabat igitur cum Deo uerba miscere, quare tam rigide ipsum haberet praeter consuetudinem; se peccasse scire, sed quid praeter fidem & agnitionem requiratur amplius se esse ignarum; Deum non poscere aliud quidquam c. 7, 20. 21.; tamen omnipotenti Dei uoluntati se esse subiectum egregie agnoscebat.

A 3

§. XIII.

## §. XII.

Tamdem Jobus c. 10, 13. 14. ad ipsum Deum animi sui testem prouocat; ad angelum interpretem apud Deum, qui aeternam expiationem inuenisset; ad Deum stilabat oculus ipsius, qui pro ipso coram Deo iure disceptaret c. 16, 19. 20. 21. c. 33, 22. 23. conf. 1 Joh. 2, 2. Ad quae uerba Bildad respondens c. 18, ultima quaeque Jobo praedicit mala, ipsum ad regem terribilissimum profectum, ad primogenitum mortis, diabolum, qui primus peccando morti factus est obnoxius Ebr. 2, 14. Judae v. 6. (coll. Col. 1, 18), mortem enim naturalem ipse Jobus certo exspectabat & exoptabat (§. 10.). Hae mirifice Jobum tristitia adsciebant criminaciones & minae c. 19, 1. seqq. At commate 22. & 23. ex abrupto uotum fundit, ut sermones ipsius ad eo amicis inuisi, quamuis utilissimi & iustissimi, quod ad plumbum, stilo ferreo petrae inciderentur, cum plumbu una infuso, in aeternam memoriam. Falsum enim omnino est, innuit, me peccatorum Deo poenas dare, nam firmiter credo in vindicem meum uiuum; hic mihi iustitiam reddidit, meque ab omni peccatorum reatu vindicauit; hinc etiam uerba mea uindicabit, quibus me iustum praedicavi; En! commodior & propior cum antecedentibus v. 22. 23. & modo sequentibus v. 28. &c. certe demonstrari nequit connexio.

## §. XIII.

Nunc ad ipsam textus resolutionem: בְּנֵי ratio-ne originis significat clauem, cuius figuram refert, disiuncta connectentem; usus etiam amplissimus illud connectendi caussa adhiberi probat; hic loci per cohaerentiam effetus & caussae *nom* reddendum. Posset etiam pro nar-ratio haberi (ut ὅτι), ita ut sermones, de iustitia sua, iustissimos

simos uelit repeti. **וְנִ** additur distinctionis ergo, quasi diceret: licet uos amici negetis, & forte nesciatis, mihi iustum esse caussam; licet uos improbetis & damnatis uerba mea; uellem tamen ea posteris diiudicanda relinqui: *non ego quidem omnino credo &c.* **דָּעַת** cognoui, seu cognosco propter continuationem (§. 162. DANT interpr. min.), ita ut cum graecorum indefinito conueniat: notat eam representationem, qua rei oppositum tamquam impossibile sibi quis repreäsentat (def.) & quidem h. l. firmam, demonstratiuam & ueram persuasionem; cum qualitate enim hoc uerbum posse intelligi, D. l. c. §. 73.; oportere autem hic ita intellectum, docet oppositio. Jobus enim dudum inculcauerat, se semet ipsum pro pio habere (§. 11.) sed de ueritate quaerebatur. Vult itaque: fides & pietas mea non uestro, amici, stat iudicio, sed diuino quidem & tum meo: præcipitati lapsus, in fidelibus excusandi 1 Joh. 2, 2. non arguebant contrarium. Cognosco omnino &c. uti debeo, sufficienti notitia, ad sensu & fiducia, etiam effectiue, ut inde motu grati animi amorisque reciproci petam v. 1 Joh. 4, 10. 19. Jes. 1, 3. Joh. 17, 3. (§. 6.); id enim hic agit Jobus, ut ostendat, se non cum improbis eodem habendum numero. Accentus distinctius minor, tiphicha anterius, indicat sequens nomen tamquam casum huic uerbo cohaerere v. §. 15.

## §. XIII.

**וְנִ** vindicontem me c. vindicatorem meum. Non est nominatiuus sed accusatiuus uti quidem uerbum **עֲדֵ** saepius cum substantiuo suo construitur, deficit enim interdum accusatiui nota Pf. 42, 3. 2 Reg. 19, 4. 16. Es. 37, 4. 17. Est a r. **לֹא** quod separata similitudine significat, sibi quid *vindicare*, *tribuere*, sui iuris facere, siue sit bonum.

Leuit.



Leuit. 25, 25. 26. 48. 49. siue malum Job. 3, 5. Num. 35, 12. 19. 21. Jos. 20, 3. idque posterius uel *ulciscendo* uel *ferendo* ut mox dicemus. De bona causa Jobi & bonis sermonibus, quibus eam defenderat, quos tamen amici infestabant, hic debet intelligi, ita ut eorum vindicias vindici suo deferas; item de ipsis substantia quae ne semper maneat in instanti prope, certaque ipsi morte, caueret vindicta ipsum excitaturus Ps. 34, 21.; quin de omni quidquid in Jobo boni supererat (§. 6.). De malis uero Jobi haec pro scopo quam maxime capienda (ex conseqq.) *ulciscendis* quidem hostibus ipsum illudentibus, deferentibus & mirum in modum cruentibus, spiritualibus quidem cum primis uti rege illo terribilissimo & primogenito mortis quem abhorrebat (c. 18.); *ferendis* tollendisque etiam malis; temporalibus: dolore, & morbo per celerem beatamque mortem, non ipsa morte naturali auertenda (§. 10.); tum spiritualibus, peccatorum poena & aeterna damnatione auerruncanda (§. 6.). Persona uero huius vindicis, ad quem Jobus collineat, nulla creaturarum esse potest, ea enim ipsi non fuisset notissima nec ualueret ipsum vindicare, quia priuata partim lisserat, partim omnia ad Dei iustitiam, sanctitatem & omnipotentiam conferenda. Ergo denotat ipsum Deum coll. c. 16, 19. 20. 33, 22. sigillatum Messiam, filium Dei, Iesum Christum, distinguitur enim in ll. cc. a Deo iudice (v. 1. Jo. 2, 1. 2.) licet diuinitas sit tribus personis communis, & hac ratione etiam vindicationis opus, quod inde ualorem repetit. Ille ipse, Messias etiam solus est, qui reuera mala Jobi sibi vindicauit & arrogauit, in exspectato quidem, *ulciscendo* primum & redargiendo hostes amicos &c. profitendo publice, Jobum seruum suum curatius quam ipsis esse loquutum (c. 42, 7. 8.) per mali conscientiam, &, ni mentem

in

in rectius mutauerint, per poenas, tamdemque in extremo iudicio (Rom. 2.); tamen potissimum de diabolo hoc ualeat: tum uero etiam ferendo; ut omnium piorum ita Jobi mala & calamitates sibi arrogando Act. 9, 4., maxime consecta-ria peccati sponte suscipiendo, satisfactione infinita & plus quam sufficiente expiandis singulis singulorum hominum delictis Jes. 53. Joh. 1, 29.; per continuam intercessionem coram patre iudice Jo. 2. tollendo. Efficit id etiam Jobum praeter spem & opinionem pristinae sanitati & secundae for- tunae restituendo. Addit Jobus suffixum (\*) *meum*, maxi- me, praeter obiectum, fiduciam declarans Gal. 2, 20. Jo. 20. potest etiam ad cognitionem carnis referri (v. c. 16, 19. 20. Gen. 3, 16. Ebr. 2, 16.)

## §. XV.

Suffecissent quidem haec, sed notantius adiicit praec-clarum uindicis sui cognomen: **Viuum**. cohaeret cum Substantiuo suo in accusandi casu. Etenim nominatiuus esse non potest inclusa significatione uerbi *est*, ita: *uiuus est redemptor meus*, cum per §. 13. in fine, tum quia sic substan-tiuo anteponendum (v. D. l. c. §. 3. II. & Num. 14, 21.). Nec est 3. praet. K. a. r. **וְנִ** forma enim uerbi est inuisitata, exceptis quibusdam coniugatis, uti est nostrum adiectiuum indice dagesch *forti* in incremento. Scribitur ordinarie cum (-), ad differentiam coniugatorum וְ, ad formam בְּ; sed hic est (וְ) obcessandi & affectus caussa productum to-num. *Viuum* esse ex usu vulgari & biblico dicitur aliquid eo intuitu, quo ad actiones suas peragendas aptum est (exp.) aut quatenus Spiritus aut quatenus corpus, aut corpus hu-manum &c. Sic uindex Jobi, *qua talis*, iam tum uiuebat, & significat Jobus, ipsum officium suum uindicatorium ex-

B

ercere

ercere iam tum, respectu habito ad sacrificium eius aliquando certo offerendum &, inde a lapsu primo, fidelibus imputatum; partim quia caussam Jobi iam tum agebat coram Deo iudice, partim etiam uirtute Spiritus S. conscientiam Jobi a uanis accusationibus culpaque omni uindicabat & infontem declarabat. Occurrebant forte Jobo peccata incuriae & praecipitantiae, ob quae certe dirissimis malis, in se spectatus, erat dignissimus; hinc his uerbis se erigit. Vievebat etiam uindex ille ceu Deus, ratione auctoritatis, quia solus uitae & necis auctor, nihil enim sine uoluntate eius existit; ratione itidem eminentis illius uitae & independentis, ipsi propriae, qua sine initio & fine in summa beatitate fruitur, (conf. Theol.). Hinc iste prodit sensus: Ego certo, ut decet, cognosco uiuum meum uindicem.

## §. XVI.

לְרֹאֵד qui postremus, ad diuersum a loquente subiectum se referens ita est latine conuertendum uti Gen. 3, 6. Sua natura est adiectiuム נָהָרָא; Si tamen aduerbiū transferas: ultimo subauditō ו in neutro (v. D.l.c. §. 2. & 91. 11.) suppleto מִקְוָה (§. 172. l.c.) perinde erit. Potest hoc uocabulum referri ad hostes pugnantes, dicendo quasi: Vos, amici, semper ultimi estis disputando; alii etiam multi mihi insultant hostes; tamdem tamen uindici meo erit concedendum; is tamdem superatis omnibus hostibus postremus erit. Non facile ad tempus aliquod ultimum seu posterum haec uox pertrahitur. v. §. 17. וְלֹעֲדַת ad formam דְּבָרָה ה radicali in fine pereunte ad differentiam uerbi; pro (-) priori h. l. (-) est, ne tono ob mackeph ablato ו adsint morae, ut ob eandem rationem in statu construatio fit. Significat partem rei superiorē & prima notatio-

ne

ne super, in, hinc etiam per translationem p<sup>rae</sup> Dan. 6, 4. contra 2 Sam. 17, 2. 11.; prima tamen praeserenda est. **תְּעֵד** puluis Gen. 13, 16. terra comminuta non cohaerens adeo: saepe etiam pro terra continente, lutea, quae tamen facile in puluerem potest mutari & u. u. Job. 4, 19. hinc sumitur improprie pro sepulcro & morte Job. 17, 16. de re humili, uilisque fortis, de homine in puluerem deiecto Gen. 18, 27. Ps. 22, 30. uti etiam Gen. 3, 19. de diabolo, uetus serpente dicitur, a naturali serpente conculcato similitudine desumpta. conf. Rom. 16, 20. Mich. 7, 17. Proprius praeualeat significatus (§. 4) & hic etiam retinetur.

## §. XVII.

**וְקַוְרֵא** antecedens uox *postremus*, in futuri significatu definit. indicat hoc uerbum in Kal, primum quidem, *surrectionem*, *erectionem* sui ipsius numquam transituam, ex Hiphil; licet uiceuersa nonnumquam Hiphil quorundam uerborum intransitue & reciproce, quasi foret ex Kal, possit exponi, deficiente obiecto diuerso. Non obstat Pl. 14, 7. quasi **בָּיוֹשׁ** reducere significer; quum ita reddendum: in conuertendo, gratiose redeundo Deum AD (⁊ suppleto) captiuitatem populi sui (captum populum (D. §. 26. l.c.) uel suppleto **לְנָ** CVM in hac constructione usitato v. Jer. 31, 23. Zeph. 3, 20. Pl. 126, 1. quae quidem loquutio genio Arابum & Germanorum idem ualeat ac reducere e. g. redire cum equo. Hoc uerbum **וְקַרְבָּא** cum **לְ** constructum proprie significat, *stare in uel super*, & illud retinetur hic loci (§. 4) ut haec enascatur sententia: qui *postremus in puluere, arena, certatoria scilicet, & campo stabis*, uictis omnibus hostibus, per contextum (§. 12. 6.). Conuenit, si **תְּעֵד** de hostibus uilissimae fortis, (comparatis ad Jobi un-

dicem) & in puluerem abiiciendis, prosterwendis (§. 16.) intelligas, super quos uindex staret Pl. 110, 1. quorum capita pedibus contereret Genes. 3, 16. De resurrectione Christi tantum, pro latissimo hoc scopo, non potest explicari, ita ut **לְעֵבֶר** sit pro **עַבְרָה**; obscurius & per saltum dictum foret, non iniecta prius mortis eius mentione, nec addita ulteriore declaratione, praesertim quum per resurrectionem Messias non uindicauit reapse Jobum, quod tamen innuit, sed tantummodo demonstrauit id se fecisse; dein non quadrat satis ad mox sequentia; quin primus Christus resurrexit, non ultimus Col. 1, 18. Nec de solo extremo iudicio id licet intelligere, nimis angustum enim in hac connexione foret; tum uero Christus super nube non super puluere stabit. 1. Th. 4, 17. Pariratione reliquae impioriae interpretationes concidunt e. g. si **לְעֵבֶר** pro morte sumatur & **לְעֵבֶר** pro pugnare contra (ex §. 16.) & quidem praeclaranter cum bono effectu, ut fere Jos. 7, 12, 13; item si *praeesse* significet uti Dan. 6, 4. (coll. Ruth. 2, 5.) scilicet morti seu sepulcris & corporibus in puluerem redactis, eorumque curam gerere; nimis sic angustis limitibus in amplissimo contextu sermo hic circumsciberetur, dein ultimus significatus non nisi de obiecto personali inuenitur.

### §. XVIII.

**תְּגִזְעָם** est nomen *tergum* significans (2 Sam. 2, 23; cum praefixo) usurpatum etiam in plurali, praepositionis naturam hic induens; tonicus accentus est in ultima licet 3. tantum in scriptione morae adsint & in penultima tantum 2., hinc alternatio admittenda penultimae quidem pro (-) ob litteras difficiliores gutturales & uarium significatum, posterioris uero pro (-) in statu constructo uti pro **תְּגִזְעָם** dicitur

dicitur בְּשָׁרִים in eodem litterarum situ; non enim est, cur Dageſch Piel ſuppleas, nec reliqua coniugata, e.g. אֲחֵר aliis, (ו) impurum habent; conneſtitur accentu ſeruo cum ſequente uoce, hinc non ſignificat poſte pro אַחֲרָא. Propter inconuenientiam ſequentiſ nominis שָׂרֵר, commode hic iſeres infinitiuum uerbi ſequentiſ ita: poſt deſtrictionem (§. 172. D. l.c.) ו, propter ſubsequens aliud, quum vel quamuis uertas. שָׂרֵר cutem ordinarie ſignificat numquam eſt pro שָׂרֵר euigilare, ut quidam hic uolunt. Eſt a. r. שָׂרֵר nudum eſſe, cutem oſtendere, ad formam שָׂרֵר, קְרֹבֶת radicali abieicto ut dicitur לְאַחֲרָא נְקֻפָּנוּן. Alii ex שָׂרֵר circumdedit in Niphal, ad formam וְבָא inflexo, deducunt ita conuerentes: & poſt cutem meam (omnemque ſubtantiam) deſtructam, mihi circumdabitur quodlibet horum (cutis, caro & oſſa) (ex §. 2. & 81. n. 2. D. l.c.); Sed oppoſitio cutis non quadrat, immo שָׂרֵר naſquam in Niphal occurrit. Hinc potius, ex שָׂרֵר deſtringere inſtar frondis ab ramis Jes. 10, 34. 17, 6. formandum, aut ex Ni- phal, aut ex Piel deficiente ſubieicto (ut Dan. 4, 22. &c.) pro re nata ſupplendo & ſenſus eſt: quamuis (quum) poſt deſtrictam cutem meam, deſtringant amici c. 19, 22., moribus ardens c. 7, 5. uermes &c. בְּשָׁרִים hoc reſiduum carniſ & oſſium, digito ea monſtrante. Videri quidem poterat בְּשָׁרִים ad שָׂרֵר pertinere & ſic ſequentem uocem וְמִבְשָׁרִים opponi cuti hoc ſenſu: & poſtquam cutem mihi bane deſtrinxerunt tamen in carne mea reſidua DEV' M' uidebo uisque, i.e. propitiū in conſciencia mea intelligam; Sic etiam Gen. 18, 12. Job. 42, 7. poſt אַחֲרָא ſupplendum שָׂרֵר: Sed שָׂרֵר generis masculini eſt Job. 7, 5. adeoque non niſi aegre, per contemptum, femineum adſcisceret (D. §. 6, 2.) adie-

Etium aut pronomen secundum Lutheri translationem, uide tamen femininum pluralem Leu. 16,27. Exod. 26,14. Manet igitur sensus: *quamvis post destructionem curis meae destringant hoc carnis successiue ab ossibus, ita ut morti succumbam.*

## §. XVIII.

**וְתִבְשֶׁרֶי** tamen ex carne mea; loquitur de carne restituta per resurrectionem, quam per mortem uermesque perdiderat ex antegressis; non igitur ad cognitionem Messiae respicit, ut quidam uolunt. **וְיַהֲנֵן** uidebo mente potissimum, tamen oculis corporeis non exclusis (per ss.); realiter, ita ut ex effectu concludam (§. 73. D. l. c.) **אָרוֹן** Patrem iudicem cum primis indicat, sine suffixo (\*), quem sibi propitium cognosceret ex aeternis DEI beneficiis, per boni conscientiam uti Jes. 38, 11. Ps. 17, ult. ubi David: *in iustitia, inquit, uidebo faciem gratiosam tuam;* specie tua & sereno conspectu satiabor *in euigilando,* conf. Eph. 5, 14.; huius uisionis beatum effectum in altera uita quo DEI gloriam clare contemplabimur 1 Joh. 3, 2. coll. 1 Cor. 13, 12. nequaquam hic remouemus, quod tamen non facile de ipsa Dei Substantia intelligendum Exod. 33, 20. Messiam etiam improbi videbunt Matth. 25, hinc eum Jobus his non denotare uoluit, se consolans **לִי** mibi sc. propitium, *pro me* (D. §. 151. II.) **שְׁנֵי** oculos corporeos addit, qui tanta beneficia diuina intueantur 1 Cor. 2, 9. 10. c. 13, 12. **וְלֹא** **זֶה** *& non peregrinus a DEO* Eph. 4, 18. uti hostes mei qua tales; uel etiam *non aliis loco* mei, adacta confidentialia.

## §. XX.

**כָּל** *consumiri sunt,* hic non per aliam uocem de de-  
fiderio

siderio intelligendum determinatur uti Pl. 84, 3. sed potius de morbo sumendum, quo partes uel maxime sensatae corporis ipsius inficiebantur; uti c. 16, 13. *renes*, ait, *mibi sunt discissi*. Supple ante hanc uocem *שְׁרָשֶׁר* quamquam. *renes mei* a singulari *כלֵי* uos quia sunt uasa urinae secernentia ad differentiam *כָּלִים* *וְעַזְבָּן*; nisi ad uocem aethiopicam *כָּלָאִים* duo malles recurrere unde 2. diuersae species Leu. 19, 19. Deut. 22, 9. *in sinu* *מֵאַתָּה* *חֻקָּה* *וְקֹדֶשׁ* quod uti *פְּקָדָה* & *וְקֹדֶשׁ* notat *incidere*; a figura sinus sic dicitur, ad formam *בֵּיתָה*; additur hoc uocabulum ad intimum dolorem ex morbo corporis ortum exprimendum. Per accentus haec tamquam pars posterior incisi 27., priori connectuntur; hinc non cohaerent sequenti commati 28.; secus ab his uerbis: consumuntur &c. nouum illud comma 28. fuisset inchoandum. Capite igitur argumentum: *Consumantur* licet *renes mei in sinu* *מוֹאָתָה* *DEVIM* *mibi propitium* *sentiam*, nullaque crux me separabit ab amore DEI quo flagrat in me Rom. 8, 39. & *oculi mei DEVIM pro me facientem intuebuntur*; respondet hoc ipse ad c. 18, 13. &c. confirmatque v. 26.

## §. XXI.

*¶* non cohaeret cum antecedentibus (§. 20.) hinc reddendum, *attamen* (§. 141. D.) omnino: *Nunc tamen dicitis*, cogitatibus amici, ad hanc meam repetitam iustificationem. *¶* *quam, quantum* (v. D. §. 47. II. 3.) habet (-), propter sequenti uoci, cum qua copulatur per mackeph, inditum dageesch forte ob adfectum, ne 4. tono ablato adhinc morae quod Jud. 7, 2. &c. etiam sit lineola mackeph in scriptione omissa. *Quantum* *persequemur ipsum* denovo uerbis hac de re. *¶* *שְׁרָשֶׁר* *tamen radix uerbi*, caussae, *inuenitur*

uenitur in me; cape improprie h. l. de fundamento & origine sermonis Jobi, unde propullulauit, fide & iustitia; illa, inquit, re uera in me reperitur, ad quam modo me recepi. Non commode hanc uocem intelliges de occasione, quam amici, Jobo reclamandi, inuenirent in eo, ita quasi: & causa sermonis uestris in me erit; nam de amicis nimis infinite dictum foret, nec pergit, uti cooperat: dicetis &c. reperietis. Prosequitur v. 29.: Sed timete uobis a gladio (c. 1.) & quacumque poena DEI; nam austerus & ira, qua eriam uos in me exardescitis, adeo ut uos, omnes amici, parti fauere ubique indicetis & oculi filiorum uestrorum conficiantur (ira) c. 17, 5., ira, inquam, est aliquod peccatorum (D. §. 161, 2. partitio) gladii s. gladii poenas luentium, quoniam ira hominis gladium solet lacessere. Cauete ne gladio puniamini. Properea, eo fine & respectu, ut cognoscatis tandem quod sit iudicium uestrae irae adseruatum a DEO. ¶ est decurtatum ex IWN hinc per Dagesch forte praefigitur & illius significatum obtinet.

## T A N T V M.



Te 2608


ULB Halle  
003 904 288




3

82

Retro ✓





DISSE<sup>T</sup>RAT<sup>O</sup> IN AVG<sup>R</sup>ALIS  
EX<sup>E</sup>GETICA  
QVA  
**SENSVS**  
**VERBORVM IOBI**  
CAP. XVIII A COMM. XXV. VSQ. AD FIN.  
ERVITVR  
PRAE<sup>S</sup>IDE  
VIRO SVMME REVERENDO EXCELLENTISSIMO  
AMPLISSIMO  
D<sup>r</sup> IOH<sup>n</sup> HENRICO MICHAELIS  
S<sup>r</sup> THEOL. ITEM GRAECAE ET ORR. LL. P. P. O.  
ALVMNORVM REGIORVM EPHORO ET SE-  
MINARI<sup>I</sup> THEOLOGICI DIRECTORE  
PRO GRAD<sup>V</sup> MAGISTRI  
RITE OBTINENDO  
DIE XXVII AVG<sup>ST</sup>TI C<sup>CC</sup>XXXV  
EAM DEFENDET  
AVCTOR  
**IOHANNES LUDOVICVS WILL**  
CVSTRINO NEOMARCHICVS

HALAE MAGDEBURGICAE,  
TYPIS IOH<sup>n</sup> CHRISTIANI HENDELII, ACAD<sup>IS</sup> TYPOGR.

